

S. P.

Ita est, mi Vir, negotium non iudicium Familiæ exercitūde
nobis fuit; amice, tacite, et inter priuatos facientes omnia acta,
peracta; et tamen non sine aliquo meo tedio; cum a nullā
re adeo auersum mihi ingenium, atque a re pecuniaria et
a triciis rationum. Sed quid hoc malum est! tene, mi
Huygens, oculus laborare, adeo ut cum Medicis tibi res? -
omnes Misas testor, et amicum illud tuum caput, doleo ex
animo, doleo, inquam, tuam vicem. Nam quid precor homini
litterato, et libris addicto, magis durum ac tediosum quam illā
parte dolere quā vitam, quā delicias omnes, quā animam
ut ita dicam, prope haurit? At non oculos modo, sed et
ipsius cerebri usum controuersum tibi faciunt medici.
Id sane ex homine functum est facere, et in homine
improbam illam Siren desidiam, inquam, fovere; Nonstem a
te sane, ^{quam} maxime alienum. Sat enim scio citius clamam e
manu Reualis, quam tibi libros aut meditationes extorsierint.
At parendum tamen, mi homo, Criticis istis nostrorum
corporum. Quid enim si hellebore cibo, et vobis potione
abstinendum, quia scilicet ab excessu uterque suo Egrotat;
quid mi et tū a libris, a serptione, a Meditationibus desistas,
quibus optimam tuā partem, Palladium illud corporis, minus
exagitas et exsecum reddis? Ad ea tamen quod
attinet, quæ iam nunc tibi in carta, ^{ita} ne nobis, ne alijs,
ne Patrie, ne Seculo inuideas etiam atq; etiam rogo.
de Typographo securus esto: ipse breui, ut intelligo, hic sese
sistet, et, si tuus ille, ego ipsum probe noui, omnia ex
Voto tibi prestabit. finio, et Deum Opt: Max: ex animo
precor ut te nobis, oculos tibi seruet incolomes. Vale
3 Nohem. 1623. Dordrecht.


Tuus et Tuus



Huygens

B. P. L. 885







Eerstfeste hochgeleerde,
achtbaere / heere
Constantijn Huygens

In
S^r Graue-haeye

6. 9. 23.

